

QUAESTIO OCTAVA.

An Angelus naturaliter cognoscat, vel saltem cognoscere possit secreta cordium.

ARTICULUS PRIMUS.

Status quaestiones aperitur, & discutitur, an pars negant sit fidei dogma.

232 Sermo est de secretis cordium tum hominum, tum Angelorum, ubi per secreta cordium, seu ut alii loquuntur, in-ternas cordis cogitationes intelligantur liberi actus voluntatis, ac etiam intellectus, quatenus subest imperio voluntatis; non quidem, ut futuri, sed ut iam reipsa ab illis potentis in seipsis eliciant, nec ullo signo externo exterius manifestati; concedunt enim Theologi Angelos posse ex quibusdam signis exterius cognoscere cogitationes, & affectus internos aliorum: sermo licet est de cognitione certa, intuitiva, & evidenti, quia loquendo de conciliis, & dubia certum etiam est Angelis competere, cum homines etiam eam possint habere, & tandem sermo est de cognitione merè naturali, seu propriis virtutibus habitata, non de supernaturali, aut per revelationem; ita ut sensus sit, an Angelus libera secreta alterius Angeli, vel hominis antequam foras prodeant aliquo exteriori effectu, intuitivè in seipsis certò cognoscatur. Ratio difficultatis est, quia huiusmodi actus interni non sunt obiecta intellectui Angelico impropor- tionata, cum sint naturaliter intelligibilia ab ipso Angelo cli- ciente, ergo poterant quoque naturaliter intelligi à quocum- que alio Angelico intellectu saltem perfectiori; unde latentur quampures non posse adduci rationem convincentem pro parte negativa.

233 Ex alia vero parte est auctoritas Scripturae, & SS. Patrum expressè testantium cognitionem secretorum cordium esse propriam solum fidei; unde concedendum hoc esse dogma de fide, vel proxime de fide; ut Suarez lib. 2. cap. 21. Ariaga disp. sect. 6. Io. de S. Thoma disp. 22. art. 3. Valquez, Molina, & alii quampures ex Thomis, quoniam clarè colligitur ex Sacra Scriptura 3. Regum 8. & 2. Paralip. 6. Tu solus nosti corda filiorum hominum, 1. Pet. 3. 17. Præteritum est cor hominis, & inscrutabile quis cognoscit illud: ego Dominus scrutans cor, & probans renes, in quem locum Hieronymus nullus cogitationum secreta cognoscit, nisi solus Deus; & Apostolus 1. Corin. 14. ex cognitione occultatum cogitationum docet haberi testimonium veri Dei, & in aliis novè testamenti locis pro comprobanda Christi divinitate dicitur eum cognovisse secreta huiusmodi docuerit Patres Augustinus hde Eccl. dogm. c. 81. Damascenus a fideic. 7. Athanasius 27. ad Antiochum, Beda 1.2. in Lucam c. 17. Ambrosius in illud 1. Corin. 2. Spiritus omnia scrutatur, Chrysost. hom. 23. in Matth. Cyrelli. 2. in Io. c. 19. Origenes in Iob circa illa verba, circumveni terram, & alii passim.

233 Verum quoniam ex hoc puncto pendet non solum status controversiæ, sed etiam totus eius resolventis; si enim semel ad- mittingitur posse esse dogma de fide; pars affirmativa nullo modo sustineri poterit: opere præteritum est antequam ulterius progre- diamur, illud discutere, & quidem quantum attinet ad men- tem Doctores, cum in 2. disp. quæst. 2. ad argumenta secundæ quæ- stionis absolute affirmaverit Angelum quantum est de se posse cordium secreta cognoscere: nec voluntate hominis, aut Angeli posse occultari, postea 4. disp. 10. g. 8. ad 3. in confesso habet Angelos malos de facto non cognoscere cordium secreta, quatenus eis non permittitur à Deo, ne multa bona impediatur; id autem esse dogma de fide minimè dicit, imò alibi supponere videtur bonos Angelos de facto ea cognoscere, cum Angeli Custodes orationes nostras mentales agnoscant, ac bona desideria, ut in 4. disp. 45. quæst. 4. ubi in solutione ad 2. testimonium illud Scri- pturae vulgatum, Solus Deus novit abscondita eorum, variis modis explicat, ut videlicet intelligatur universaliter de omni- bus prorsus cordium secretis presentibus, præteritis, & futu- ris, & ex propria perfectione; adeo ut impossibile sit impedi- ri, quin ea cognoscat; præsertim verò solum Deum illa nos- cere, tanquam iudicem universalem occultorum quo quidem modo nec Angeli boni, nec mali, nec anime separatè occulta noscunt, aut noscere possunt; quæ explicatio apprime quadrat præcitatis Scripturae locis, ubi est sermo de speciali modo cor- dium secreta per modum Iudicis universalis premiando bona desideria, & puniendo mala, ut patet ex verbis ipsius sacri tex- tus, ait enim Ier. 17. Ego Dominus scrutans cor, & probans re- nes, qui do unicuique iuxta viam suam, & iuxta sententiam adme- tionem suam, quo plane sensu quam ibi loquitur Hieronymus & Scriptura in aliis locis, ut Pl. 40. Nonne Deus requirit ista, ip- se enim novit abscondita cordis, & Psal. 7. postquam dixerat Do- minus indicat populo iudicium iustitiam cordis, & renes Deus, & de eadè rem cognitione iudicium loquitur Sap. 1. & Iob c. 16. &

serè in omnibus aliis locis, in quibus hæc cognitio Deo adscri- batur, ubi etiam advertendum est Scripturam semper loqui de facto, non de possibili, ac in eodem sensu in- telliguntur Patres citati, ut clarè deducitur ex verbis Chry- sostomi, & Cyrelli lib. 3. in Io. cap. 3. cum dicitur solum fuisse Christum corda iudicorum aspicere, cogitationesque, & motus eorum examinare; Et hanc eandem Scoti expositionem præfere- runt alia novi testamenti loca, ut constat ex Illo 1. Corin. 14. si omnes prophetent, intrus autem quis infidelis, vel idiota, convin- cetur ab omnibus, disjunctur ad omnibus, occulta enim cordis ejus manifesta sunt, & ita eadem in faciem adorabit Deum, pro- nuncians quod docet Deus in vobis sit, & Actuum 1. Tu Domine, qui corda nosti hominum, & ad Hebræos 4. discretor est cogitatio- num, & intentionum cordis, in his (inquam) & similibus locis non est sermo de simplici, & nuda secretorum cordis cogniti- one, sed de cognitione iudiciali, ut constat legenti textum, quæ solus Dei propria est, ut Iudicis universalis.

234 Sed replicat Suarez locis, glofam hanc frivolam esse, quia ad vim cognitionis, aut scientiæ valde extrinsecum est, quod cum illa coniungatur manus iudicis, nam Scriptura cum in hoc exaggerat singularem Dei scientiam; non manus iudicis, sed vim cognoscendi perpendit, & commendat, & Christus re- velando cordium occulta ostendebat se Deum, non ex eo, quod ostenderet se universalem iudicem, quo enim alterius negotii erat; sed præcipè ex singularitate cognitionis, ut Sancti colligi- unt; unde Hieron. Ierem. 17. ex illis verbis Math. 9. Cum vi- dissest Jesus cogitationes eorum, & similibus, quæ habentur Luca 5. & 11. sic argumentatur, Iesus vidit cogitationes, & nullos poterit internas cogitationes videre, nisi solus Deus, er- go Christus est Deus, ubi ut constat, ex sola, & simplici secre- torum cognitione, non autem ex iudiciali deducit Christi di- vinitatem.

Respondet quinimò frivolam esse arguens replicam quan- doquidem expiâ Sacri textus verbis ostentum sit in eis sermo- nem, ut plurimum fieri de cognitione iudiciali, ut Doctores exponit, quæ etiam accommodari potest locis citatis, ex qui- bus Hieronymus divinitatem Christi deducit, quod nempe eam deduxerit ex cognitione, non omnimò nuda, sed simplici secretorum cordis, sed ex cognitione iudiciali, sic enim ea loca explicat Chrysof. & Cyrellus citati, cum inquit solum fuisse Christum corda iudicorum aspicere, cogitationesque examinare; addit etiam potest alia Doctores exponit pro- prium esse Dei cognoscere cordis affectiones absolute, & uni- versaliter, scilicet omnes tam præsentis, quam præteritas, & futuras & impossibiles; cognoscere autem cogitationes tantum iam factas non est proprium Dei, sed Angelis etiam esse possibile, licet quandoque eis non permittatur, quo pacto adhuc bene servatur efficacia rationis Hieronymi, quod si Christos poterat omnes cordis cogitationes universaliter, & inim- pedibiliter videre, ergo est Deus; etenim ut Patres explicant non tantum Christos cognoscebat cogitationes, quas actu Iudicium volebant, sed etiam quas erant habitari, ut colligi- tur ex Evangelio. Et hanc eandem expositionem tradit Do- ctor in repetitis disp. 9. quæst. 2. ab initio ubi postquam dixit quambilibet intellectu unius Angeli esse intelligibilem alteri Angelo præsertim subsistenti solus Deus novit omnem cogitationem, & antequam cogitatio ponatur in esse fient futura contingentiâ, Angelos nunquam ante Iudicem, sed cum est; neque semper Deus cogit volitioni in actu, ut pateat malo Angelo, neque committit nulli bono, quia præservat sibi universa- le iudicium de bonis, & malis quæ sua volitio bona, vel mala est meritoria, vel demeritoria, intellectus verò non nisi mate- rialiter tantum, est Deus coegerit secundum influentiam gene- ralem non intellectuibus, ut pateat alteri Angelo præ- senti, non sic de volitionibus.

235 Ceterum hanc quoque resolutionem relicti Suarez nam sic dicendo illa potentia non oritur ex natura Angelorum, sed omnino esse voluntate Dei concurrens denegatur; ac Scriptura, & Sancti voluntatem illam important esse intrinsecum creaturæ, & ex imperfectione ipsius orientis, & ex conversio ab infinita Dei perfectionem illi esse singularè hæc omnia cognoscere. Tum quia hæc responsio repugnat rationi naturali, quia alienum est à divina providentiâ ordinaria, & naturali non finire creaturas suos motus agere, vel concurrens necessarium, & nature debi- tum omnibus speciebus, & in dividuis talem potentiam habentibus semper, & statuta lege denegare; fuissetque valde irrever- sum dare Angelis istogen, potestatem integram ad hæc occulta cordis cognoscenda, & concurrentiam generalem denegare. Tum quia addit Amicus, Scriptura, & Patres aliquid amplius indicant, cum dicunt esse proprium Dei, nam proprius est, quod ita convenit uni, ut alteri convenire non possit, alioquin non tã esset proprium unius, quam commune multorum, quod non so- lum importat negationem actus, sed etiam applicationem, imò hæc importat essentialiter, illam tantum accidentaliter, & com- muni modo agit Io. de S. Thoma disp. 22. cit. n. 9. & Valquez.

Respondet...

Respondeo neque has instantias urgere, quandoquidem cum Scriptura, & Patres negant Angelis secretorum cognitionem, non negant potentiam, sed actum, cum loquuntur de facto, & si interdum negant potentiam, quod ratio, vel nunquam inveni- unt, intelligendi sunt de potentia proxima ad quam requiri- tur concursus Dei paratus, non autem de remota; & cum hanc cognitionem soli Deo tribuunt ab infinita ejus perfec- tionem, intelligendum est de cognitione universalis, ac iudici- ariæ iuxta explanationem datam, quod sensu nulli creature competere potest.

Ad secundum non ponit Doctor concursus Dei denegatum universaliter omnibus Angelis, sic enim utique concluderet argumentum, sed solum Angelis malis; neque hoc à divina pro- videntia alienum est, ut etiam ad damnos extenditur, quoni- am paratum est, ut probito utantur, quacunque naturali vir- tute; imò cum sit status penalus, postulat potius denegationem concursus iuxta rectitudinem iustitiæ punitive; unde inquit Doctor 4. disp. 10. quæst. 8. ad 3. ex Magistro lib. 2. disp. 7. quod multa alia possint damnari ex natura sua, quæ tamen non per- mittantur eis in penam, unde ab illa generalis regula Aug. 7. de Civ. Dei. 30. quod Deus res ita administrat ut proprios mo- tus agere sinat, excipiendi sunt damnati ob peccatorum penam luendam circa miraculo privati generali concursu ad malos effectus, ad quos naturalem habent potentiam; boni autem An- geli regulariter habent concursum paratum ad cognoscendum secreta cordis, & hoc valde contentanum est, ut hominum exactam possint habere custodiam, ut inquit Doctor 4. disp. 45. quæst. 4. neq; id voluit negare in reportatis loc. cit. Sed tantum ait volitiones bonas, & malas in ratione meritiorum, & demeritorum soli Deo cognatas esse, ut iudici utilioribus, nam volitiones il- le subtili ratione non peccant ad ordinem naturæ, sed gratiæ, atque idem non sunt illi Angelo naturaliter notæ, nec malo, nec bono, nam sub tali titulo ad solum Deum spectant, ut iudici- em. Ad tertium constat ex dictis, in quo sensu cognitio secre- torum fit soli Deo propria in quarto modo.

236 Hacigitur de causa statuum est, non esse dogma fidei An- gelos in communi re ipsa cordium secreta naturaliter, & viri- bus propriis proprio concursu generali Deo cognoscere non posse; fidei tamen satis contentanum esse ea de facto Angelos malos non cognoscere, quam assertionem optime probat Vulpes disp. 11. art. 3. nã quod expressè non traditur à Sacra Scri- ptura, nec explicite in Evangelio continetur, nec definitur in Conciliis, nec à Sanctis Patribus, ac Ecclesiâ, quantum ad do- ctrinam autenticam conspicue docetur, non est dogma fidei, vel articulus spectans ad fidei substantiam; ac à Sanctis An- gelos naturaliter ignorare cordium secreta, nec illa viribus propriis penetrare posse nullibi in Scriptura, vel Evangelio expressè legitur, neque in aliquo generali Con- cilio definitum est, nec ab aliquo Sancto auctore docetur; sed tantum hoc expressè negant de facto de Angelis malis, sic enim habet- mus ex Auctore de Ecclesiasticis dogmatibus apud August. c. 31. internas anime cogitationes Diabolum non videre ceris fu- mus; ergo non est error in fide affirmare Angelos latentibus malos secreta cordium in seipsis præsentium naturali virtute di- stinctè cognoscere, ergo &c. Sed adhuc insit Valq. c. 1. Scri- ptura, & Patres adducti ita Deo tribuunt secreta cognoscere, ut ei soli conveniat, ergo ita significant à solo Deo hæc secre- ta de facto cognoscere, & hoc falsum esset, quia alii præter Deum de facto cognoscunt secreta cordium humani; Angeli enim cus- todes, & Sancti sciunt orationes nostras, quas ipsi offerimus; & bona desideria, ergo non solus Deus ea cognoscit; aut Scri- ptura, & Patres significant à solo Deo propria virtute cogno- scere, atque hoc esse proprium Dei, & ita contrà hanc opi- nionem colligitur secreta cordium non posse ab Angelis pro- pria virtute cognosci. Respondet satis consistere ex dictis, quo- sensu Patres, & Scripturae soli Deo cognitionem secretorum adscribunt, non enim illi soli Deo tribuunt, quasi de facto ne- mo præter Deum illa cognoscat, que ita ut à solo Deo pro- pria virtute cognoscantur; sed quatenus ab ipso solo absolute, & universaliter cognoscuntur, ac præsertim cognitione iudici- ariæ, ut constat ex ipso contextu plurimum locorum iam addu- ctorum.

237 Ex his itaque constat minus accurate Radam 2. par. contrav. 8. art. 3. statum huius controversiæ proposuisse inter S. Tho- mam, & Scotum, dum dixit partem convenire, partim differre, & quidem convenire, quia uterque aderit Angelum de facto cordium cogitationes huiusmodi cognoscere, siquidem quævis de facto id negat Doctor de Angelis malis, nequa- quam tamen id negat de bonis; quare potius status controversiæ ita est proponendus, quod Scotus affirmat cum Scoto loc. cit. Angelum ex naturalibus cum communi Dei infusè cordium cogitationes agere posse, & bonos etiam de facto ac- tingere, illi ille fuerint ordinis naturalis, & de his enim præsertim sermo est in presentis; malos autem impedit per subtractionem

Resolvendo in Sententia.

generalis concursus iustis de causis, præcipue vero ne illa tan- tur virtute in perniciem huiusmodi generis; Thomistæ verò ab- solute negant Angelos talem habere virtutem, & cum boni de facto cordium secreta penetrant, si vè hominis, si vè alterius Angeli, vel id contingere ex speciali Dei revelatione; vel ex consensu, & manifestatione alterius Angeli cogitantis; sine quo illa interna cogitatio semper eis manere occulta; ita nam- que expressè docet D. Thomas cum suis par. 1. quæst. 57. art. 4. quamvis postea valde inter se discrepent in assignandatione talis incognoscibilitatis in his secretis; nam alii conantur as- signare rationem physicam ex libertate illorum actum deduc- tam, ut Cajetanus Joannes de sancto Thoma, Serra, & alii rigidiosiores Thomistæ; alii ingenue fatentur nullam rationem physicam talis incognoscibilitatis reddi posse, sed solum mota- lem, ut Valquez disp. 209. Suarez lib. 2. cap. 22. Ariaga disp. 9. num. 42. Amicus disp. 10. sect. 1. & ceteri Recentiores pas- sim; alii tandem dicunt nullam prorsus rationem convincentem ad hoc adduci posse, nec physicam, nec moralem, aut politicam, ac proinde partem negantem non posse defendi, nisi sola auctoritate Scripturae, & SS. Patrum, ita alii ex Neoteri- cis, & ex nostris Faber disp. 36. nu. 15. Ponceus disp. 12. num. 26. qui ex hoc solo capite partem tueant negantem; quod Scri- ptura, & Patres absolute dicunt tales cogitationes soli Deo esse cognitatas, & quod cognitio earum arguat divinitatem, sed quo sensu id verum sit jam explicatum est.

ARTICULUS SECUNDUS.

Quæstiones Resolutio pro parte affirmativa.

238 Dicendum est, spectata ratione naturalis probabilis esse, quod Angeli possint naturaliter cordium secreta cogno- scere, ut obiecta sibi proportionata. Ita Scotus loc. cit. disp. 9. quæst. 2. ubi Bassolus, Tatart. Lichetus, Vulpes disp. cit. art. 5. Faber cit. & Rada, Brancafius disp. 7. quæst. 9. alii Scoti- stæ passim cum Nominalibus: Primò probat Doctor, quia actus huiusmodi interni, ut sensu sunt actus eliciti, sunt obiecta proportionata intellectu Angelico, quia nempe sunt ordi- nis naturalis, actiones, scilicet vel qualitates naturales, & que pertinent ad ordinem universi, sicut alia entia naturalia; potest- tunc ergo ad Angelo naturaliter cognosci, & propriis viribus; siquidem illi naturali virtute peringere possunt omnnia obiecta sibi proportionata, pertinentia præsertim ad ordinem universi, nam intelligibilitas consequitur ad entitatem, & qualis, est en- titas, talis est intelligibilitas, quare si entitas est naturalis, etiam intelligibilitas erit naturalis. Confirmatur, quia ista secreta sunt naturaliter intelligibilia ab ipso Angelo eliciente; ergo & à quolibet alio, siquidem omnis Angelicus intellectus intra suam spheram naturalem omne intelligibile naturale conclu- dit; quare quicquid est intelligibile ab uno, erit naturaliter à quovis alio intelligibile, sicut quod est naturaliter ab uno oculo visibile, est etiam naturaliter visibile ab alio. Denique urge- Doctor quilibet Angelus naturaliter intuetur substantiam alteri- us proprietateque ejus naturalis: ergo etiam cogitationes, & volitiones ejusdem; consequenter patet, quia si potest natu- raliter intueri principium, poterit partem inveni- effectus in tali principio contentos; Vis itaque istius rationis cum suis con- firmationibus in eo consistit, quod satis mirabile videtur, & ir- rationabiliter dictum, quod aliquod creatum intelligibile non supernaturale, nec ordinis divini, nullum intellectu habere creatum, cui fit proportionatum, & debitum, atque adeo quod possit illud naturaliter cognoscere; quod si alicui intellectu creato patere poterit, hic erit præsertim Angelicus; nequit enim assignari ex cuius principii defectu talis cognitatio acti elicita, & postea in rerum natura debeat esse occulta omni alii præter ipsum cogitantem.

Primò respondet Thomistæ communiter cogitationes cordis esse obiecta proportionata intellectu Angelico per mo- dum actus primi, aut sub ratione possibilitum considerata, non per modum actus secundi, aut quoad existentiam; quia ut sic- solum sunt proportionata intellectu illius, sub quibus pleno do- minio sunt, & ita si non addit consensus illius, qui velit aliis ip- sa manifestare, semper sunt occulta, & improporcionata respec- tu aliorum; unde ad primam assumpti probationem dicunt huiusmodi cogitationes dicto modo, scilicet per modum actus primi, & sub ratione possibilitum esse ordinis naturalis; cæ- tærum per modum actus secundi, & quoad existentiam, cum impotent libertatem, & esse sub dominio illius, à quo elicitan- tur, sunt moraliter loquendo alioris, & elevatiois ordinis, scilicet ordinis liberi, qui est veluti medius inter ordinem su- pernaturalem, & merè naturalem; ex quo etiam ad aliam pro- bationem dicunt actus internos prædicto modo consideratos non pertinere ad ordinem universi, sed esse quodammodo su- pra illum, quia ad ordinem universi solum peccant simpliciter naturalia, & que cum illis habent necessariam connexionem, non verò libera.

Ad Confirmationem proinde negant paritatem, Ad ultimum pariter dicunt disparem esse rationem de essentia, voluntate, & intellectu Angelis in se, & de his, ut sunt in actu secundum, quoniam illa pertinent ad naturalem ordinem rerum, hæc autem non. Et hoc fundamento negant Suarez *loc. cit. capit. 24*. Amicus, & alii ista secreta cordis esse ab Angelo cognoscibilia, ex defectu speciei representantis illa; caret enim Angelus tali specie, quia hujusmodi cogitatio non est res naturalis, sed libera, & moralis; super quam creatura rationalis habet plenum dominium, & jus, ne alteri dentur species representantes talia secreta, nisi ipsa velit.

240 Hanc tamen communem Adversariorum, & præcipuam responsum esse valde diminutam, & manifestè principium petere notavit etiam Joan. de sancto Thoma *sum. 10*. Thomistarum novissimus, & præstantissimus; hoc enim totum est reducere differentiam ad hoc, quod unum ens creatum est necessarium, & aliud liberum; & illud esse obiectum proportionatum intellectui Angelico, hoc verò non, quia liberum est, illudque esse naturalis ordinis, istud verò non eamdem rationem; Hoc autem est quo querimus, quare dominium, quod habet creatura rationalis supra seum actum interiorum exigat, quod Deus non infundat species illius alteri. Angelo, ita quod illi debet non fieri; si alius ex natura sua sunt cognoscibiles; oportet enim prius probare, quod dominium reddat incognoscibilem illum actum; Cur enim si Angelus cognoscit actus internos partis sensitivæ hominis, scilicet actus phantasie, & actus appetitus concupiscibilis, & irascibilis, ut communiter Theologi tenent, non item cognoscit actus voluntatis internos si enim reddatur pro causa, quia illi sunt actus necessarii, isti verò liberi, quis non videt manifestè principium peti hoc enim est, quod negamus dominium reddere incognoscibiles actus istos; cum eos non extrahat ad ordinem entium supernaturalium; Quod si rursus dicatur eos trahere ad ordinem entium liberi; qui est veluti medius inter ordinem supernaturalium, & merè naturalem, rursus petitur principium. Hoc enim est, quod negamus scilicet secreta cordium esse altius ordinis, alioquin neq; esset intra naturalem sphaeram intelligibilitatis ipsius Angeli ejus sunt secreta; & planè gratis omnino dicitur actus voluntatis non esse ordinis naturalis, quia licet tales actus non sint naturales, quatenus naturale opponitur libero; adhuc tamen dici possunt, ac debent naturales, quatenus naturale opponitur supernaturali, & hoc sufficit, ut sint intra sphaeram obiecti adæquati intellectu creati; Angelus enim, & homo bene cognoscere possunt res in primo sensu non naturales, id est non necessarias, sed liberæ, & contingentes, dummodo in secundo sensu sint naturales, alioquin nequiret etiam Angelus eliciens proprios actus cognoscere à se elicitos.

Confirmatur, nam non videtur, quomodo libertas esse possit in actu voluntatis ratio incognoscibilitatis, & occultationis, nam libertas in actu solum dicit denominationem extrinsecam ex dictis *disp. 7*. de anima, non enim actus dicitur intrinsecè liber, ut ipsa voluntas; sed solum extrinsecè, quatenus ab ea dependet ad utrumlibet indeterminata; imò statim in re positus naturalem habent existentiam ad unum determinatam; ergo impertinens est voluntatis libertas, ac indifferentia, ut actus jam extra illum positus sit ex natura rei occultus; non enim hic loquimur de actu, ut continetur in causa ad utrumlibet indifferenti; quia cum ut sic non habeat esse determinatum per speciem representantem non valet; sed loquimur de actu, prout est elicitus, sic enim potest representari per speciem, quia jam in se habet determinatum esse; Tam quia quando etiam actus esset intrinsecè liber, adhuc ex tali libertate non redderetur occultus, & naturaliter incognoscibilis ab Angelo, nam voluntas est hoc modo libera, & tamen non est ei occulta. Tam tandem, quia actus etiam postquam est manifestatus remanet liber, sicut antea erat; ergo si libertas erat antea ratio occultationis, & incognoscibilitatis ab alio Angelo, etiam post manifestationem adhuc incognoscibilis erit, manente enim causa formali semper manet idem effectus; Cum igitur cogitationes interne neque quantum ad id, quod habent de naturali entitate, neque quantum ad id, quod habent de libertate, & moralitate occulte sint, quia hoc etiam aliquid creatum est, ac ordinis naturalis jam ante manifestationem cogitantis tota illa entitas cognoscibilis erat a quocunque Angelico intellectu. Per quod patet ad exemplum à Serra adductum, quod sicut id, quod in omnem partem se vertit, nequit ab alio apprehendi, qui ejus motum non efficit, ita quæ esset determinatum, & indifferentem habent, certe cogitationes aliterius, qui non est causa indifferentis eorum, non subsunt. Non enim talem indifferentiam habent actu voluntatis, postquam semel ab ea egressi sunt, nec in omnem partem se vertit, sed esse determinatum habet, ut adhuc magis patet *n. 244*.

241 Secundo respondent alii cogitationes, & volitiones posse considerari dupliciter, vel secundum se; vel quatenus subsunt

império voluntatis occultantis; primò quidem modo considerari possunt cognosci à quocunque Angelico intellectu; secundò autem modo non nisi dependentes à consensu Angeli cogitantis, potentis actum suum alteri occultare, vel manifestare, in hoc enim consistit plenum dominium, & jus, quod habet supra actus suos; pro quo notat, quod duplici de causa nostri conceptus interni sunt alii ignoti, primò propter moiem, & crassitiam corporis, hæc enim de causa modo con unius hominis alii hominibus occultatur, scilicet propter corporis impedimentum, & membrorum corpulentiam, hæc enim obstat, ne sensibus alterius exterioribus, à quibus illius intellectualis cognitio ortum ducit, patere possit, quod significavit Gregorius 18. Moral. cap. 27. ubi de hominibus in statu beatitudinis a tale impedimentum cessaturam, quatenus per dotem claritatis membrorum corpulentia est auferenda *universa*que mentem in beatitudine ab alterius oculis membrorum corpulentia non abscondet; alia autem causa incognoscibilitatis eorum est plenum dominium, quod voluntas suam habet super illos; ex hoc enim habet, quod ad libitum suum possit conceptus suos alii celare, vel manifestare; quamvis igitur prima causa occultationis actuum interiorum locum non habeat in Angelis, quia non sunt corporis, restat altera causa, ob quam conceptus interni voluntati cognoscuntur, ut ab alio Angelo videantur, vel non videantur.

242 Sed contra quia ex præmissis D. Gregorii doctrina satis aperte colligitur solum ex prima causa, sed ex primo capite, nempe ex membrorum corpulentia occultari conceptus internos in homine; ergo cum Angelus tali corpulentia careat, nequit alteri Angelo celare suos conceptus internos; neque valet, quod ait Suarez *cap. 21*. in fine. Gregorium ibi noluisse causam adæquatam reddere hujus occultationis, sed hominibus magis familiarem nam eandem causam etiam assignat, & non aliam 25. Moral. cap. 7. ac pariter August. *psal. 41*. cum quia si hæc causa inadæquata est, malè dixisset in statu beatitudinis ob talis impedimenti ablationem per dotem claritatis unius hominis cogitationes alteri futuras aperatas, & patentes; nam adhuc manere possent occulte ex altera causa, scilicet ex imperio voluntatis; ergo adæquata causa tegendi, vel occultandi actus internos unius hominis comparatione alterius rectè referuntur in membrorum corpulentiam, & dependentiam nostri intellectus à sensibus.

Confirmatur, quia assignando in homine secretum cordis ex primo capite, scilicet ex membrorum corpulentia, bene explicari potest, quomodo manifestari possit, & aperiri alteri homini per signa externa sensibilia; ac assignando illud explicando capite, quod ad Adversariis dicitur esse commune. Angelis, & hominibus satis difficulter explicatur, quomodo fiat talis conceptus manifestatio, nam vel talis conceptus ante manifestationem erat de se ab alio Angelo intelligibilis, ut obiecti illi ex natura rei proportionatum, aut non sit primus, ergo ab alio Angelo poterat intelligi nulla præcedente manifestatione ex parte cogitantis, si secundum, ergo neque talis manifestatio erit sufficiens, ut reddatur ei proportionatum, & naturaliter ab eo intelligatur ea (opposita, ut dicunt Adversarij; probatur consequentia, quia cum manifestatio extrinseca sit obiecto manifestato, non ponit illud intra sphaeram naturalem intelligentis, si illud semel ex se non sit intra talem sphaeram; sicut manifestatio qua nobis Deus aliquid ex se non ponit illud intra sphaeram obiecti naturalis, si illud ex se jam extra talem sphaeram reperitur. Denique adhuc magis difficulter explicatur, quomodo ex imperio voluntatis fieri possit occultatio conceptus interni, ut enim arguit Doctor in repositis *loc. cit.* vel volitio voluntatis est clauda, & occulta seipia, vel per aliam volitionem supervenientem; nam secundum, quia daretur processus in infinitum, nam quæram de illa, quia volitio claudatur, & sic vel standum erit in prima, quod sit ipsa occulta vel erit procedendum in infinitum; si vero præcis dicimus, nempe seipia occultam esse, & ignotam, præterquam quod ex interio redit argumentum principale factum, quod sit obiectum naturaliter intelligibile; jam ab hac response recedatur, quia jam non erit occulta ex imperio voluntatis illa volitio, sed ex sui natura; & si seipia est occulta, & non per voluntatis imperium, ergo neque per imperium voluntatis manifestari poterit. Dices eam volitionem esse ex sua natura intelligibilem ab intellectu alterius Angeli, sed impediri posse à voluntate Angeli volentis, ne moveat intellectum alterius Angeli.

243 At Contra, quia talis motio esset naturalis respectu intellectus approximati, & dispositi, sed actio cause naturalis non subest imperio alieius voluntatis create, igitur non posset non agere in intellectum alterius Angeli, vel saltem ejus intelligentiam non terminaretur, quia si voluntas Angeli volitisset posse impedire, ne causet, vel terminet intelligentiam alterius Angeli; igitur posset etiam impedire, ne propter ipsius intellectus eam intelligat, quia unius intellectus æqualiter est mobilis ab ipsa, sicut alius. Dices hæc argumenta supponere unum salum;

salum, scilicet Angelum moveri ab obiecto extrinseco, vel accipere posse cognitionem à rebus, quod negant Thomistæ; Contra, quia oppositum jam supra fuit contra eos sufficere ut probatum; quia difficultas urget etiam in opinione, quod Angeli cognoscant per species inditas, quas habent à principio sue creationis ad cognoscenda omnia, que discursum temporis creaturæ sunt; quia Angelus ex se, & ex natura sua capax est specierum actuum cujuslibet liberæ voluntatis create, quod quodlibet capax sit specierum omnium obiectorum, ad quorum cognitionem non indiget lumine supernaturali, sed sufficit solum naturale lumen; ergo per illas species poterit cognoscere hos actus statim, ac sunt, sine dependentia à consensu ejus, cujus est actus. Dices rursus ad instantiam principalem, posse unam volitionem occultari per aliam ex voluntatis imperio, neque dari processum in infinitum, quia volitio occultans videtur, & de se est aperta, ac volitio occultata non videtur; neque inconveniens est, ut videatur occultativum, nam autem occultatum, ut constat de arca aurum occultante, non arca videtur, aurum non videtur. Contra, quia volitio occultans, & occultata sunt ejusdem rationis, ergo si una est de se visibilis, & naturaliter intelligibilis ab alio Angelo, etiam altera; quare si secunda volitio videtur, & est aperta, etiam prima volitio erit aperta, nec dici poterit per secundam occultata. Neque instantia de arca, & aurum in ea abscondito est ad rem; idem enim intellectus nosster dependet à sensibus, & cum arca, & aurum sint obiecta materialia, non poterit visus ea penetrare, sed tantum in superficie videre; sed actus voluntatis sunt omnino immateriales, & indivisibiles, & intellectus Angelicus à sensibus non dependet, quare videns volitionem reflexam occultantem, videbit & aliam rectam in ea, vel sub ea contentam, sicut & ob eamdem rationem videt arcam, & aurum in ea contentum.

Aliæ responsiones excluduntur.

244 Tertio respondent rigidiore Thomistæ, ut Cajet. Ferrariensis, & Capreolus, quia voluntas create foli Deo subjacet, & ipse solum in ea operari potest, id est, quod ex voluntate create pendet Deo soli, cui subdit ipsa voluntas, nota esse possunt, & hujusmodi sunt affectiones, & cogitationes interne; hæc de causa foli Deo, & voluntati esse elicienti nota esse possunt; hæc enim ratio probat D. Thomam loc. cit. secretum cordis non esse ab Angelo cognoscibile. Sed hæc responsio communitè rejicitur ab alijs. Quædam evidenter, quia multa sunt, quæ à solo Deo dependent, & à Deo sunt, & adhuc ab Angelo cognoscuntur; sicut anima rationalis, Cælum, & Angeli ipsi, ergo ex hoc, quod aliquid in sua productione à solo Deo dependet, non rectè inferitur, quod etiam à solo Deo cognoscatur, & non ab aliis intellectu creato, & ratio à priori est, quia subdi in productione, non est subdi in cognitione, ut satis de se patet. Sed respondent prædicti Thomistæ rationem D. Thomæ non hoc principio foli inniti, quod omne quod à solo Deo producitur, foli Deo est cognitum, sed addit, quod omnis operatio create, quæ à nulla causa naturali procedit, sed solum à libera & ab ipso Deo, foli Deo, & ipsi operantur est cognita.

245 Sed Contra, quia sic dicendo relabuntur in primam responsum, quæ incognoscibilitatem actuum voluntatis reducebat in eorum libertatem, unde impugnatur, sicut & illa, quod sic dependet petitur principium, & supponitur id, quod est probandum, scilicet quod operatio egrediens à causa libera, & Deo, foli Deo est nota, hoc enim est, quod queritur, quare operatio à sola causa libera dependens, & à Deo, foli Deo nota fit, & non alteri, cum alioquin fit ordinis naturalis, nec ad ejus cognitionem requiritur lumen supernaturalis, aut alia supernaturalis elevato; Tunc quia aut operatio voluntatis est incognoscibilis, quia à solo Deo dependet, & præterquam quod hoc est fallum, quoniam dependet etiam à causa secunda, jam id rejectum est in exemplis adductis de Cælo, anima, & alijs à solo Deo pro ductis, ut habitus supernaturales, que omnia adhuc ab Angelo cognoscuntur, aut est incognoscibilis eo quod à Deo dependet mediante causa libera, & hoc etiam rejectum est, quia affecti inquit in sua manifestate principii petitione. Si dicas cum prædictis Thomistis rationem D. Thomæ supponere Angelum naturaliter foli cognoscere ea, quæ à naturalibus causis foli dependent, aut cum eis connexionem habent, actus autem voluntatis cum nulla causa naturali connexionem habere, quia quæcumque causa naturali stante possunt exire, vel non exire à voluntate, & idem eorum cognitionem Angelus affecti nequit.

Contra est, quia sic dicendo ratio illa petit principium, cum supponat id, quod queritur, nam quoniam in præsentia, quare solum res naturales sint obiectum proportionatum intellectus Angeli, & non liberæ, cum tamen actus liberæ facti etiam habent.

*Metod. In Secunda. Sententiæ.*

beant entitatem ordinis naturali. Tunc quia hic non est fermo de actibus voluntatis, ut continentur in ejus virtute indifferenti, & possunt ab ea exire, & non exire, quia cum ut sic non habeant esse determinatum, per speciem representantem non videntur; sed loquimur de ipsis postquam à voluntate sunt elicitæ; cum enim ut sic, jam esse determinatum habeant, non minus, quam alii effectus à causis naturalibus producti, poterunt ab Angelo cognosci, sicut & illi. Tum quia licet voluntas circa actus suos, quamdiu intra ipsam continetur, tale habeat dominium, ut possint ab ea exire, vel non exire, tamen postquam semel producti sunt, tale dominium non habet in ipsos, nec ipsi talem indeterminatorem; sed solum habet dominium eos revocandi, vel retractandi, aut ab illis cessandi; at solum ex vi prioris domini potest eos occultare, vel manifestare, quatenus possunt exire, vel non exire, ut ajunt Thomistæ illi explicando rationem D. Thomæ; posterioris autem dominium ad hoc non extenditur, ut voluntas possit impedire, ne alter Angelus cognoscat actum semel ab ea egressum, quamdiu durat, sed solum impedire potest talem cognitionem tollendo obiectum ejus, nempe cessando ab actu, in quo exercebatur, & ab alio Angelo cognoscebatur.

246 Jo. de S. Thoma *art. 3. cit. à nu. 15*. valde laborat ad has instantias contra rationem D. Thomæ adductas excludendas, & summa solutionis in eo consistit, quod actus interni voluntatis non pertinent ad ordinem universi, sed sunt supra illum, quia ad ordinem universi solum spectant simpliciter naturalia, & que cum illis necessariam habent connexionem, non verò libera, quod totum dicebatur etiam à Thomistis in prima solutione superius explosa; est autem generalis regula, quod quæcumque ad hoc universum non pertinent, sed supra illud sunt, nec connexionem cum illo habent, ad naturalem, & propriam Angeli cognitionem non pertinent; non enim est aliquid per quod restringatur ad cognoscendum hæc, & non alia, si semel cognoscere potest ea, quæ ad hoc universum non spectant; Ratio autem, cur actus liberi non spectent ad ordinem universi est, quia solum effectus determinati sunt aliquid pertinens ad integrationem universi; sed actus liberi habent omnimodam contingentiam, & indeterminatorem ex parte cause proximæ; totam verò determinationem habent à solo Deo sic movente, & sic determinante; ergo nullum principium habet intellectus creatus, ut possit determinatè cognoscere actum liberum in ipso exitu à voluntate; Ex hac doctrina nititur occurere instantias adductis, & inquit non obstat, quod actus liberi, quando exiit à voluntate, exit determinatus, alijs non exiit; Nam ista determinatio (inquit) est cum omnimoda dependentia ab ipsa voluntate potente retractare actum, ac perinde se habet, ac si esset intrinseca, quia totus ille actus ita est intra voluntatem, quod ab ipsa potest mutari, & indeterminari, seu tolli; ergo quamdiu est subiectus mutationi ipsius cause, retinet contingentiam ad esse, & non efficitur in ipso exitu à causa; nec ab alio, quam à Deo determinatio illa dependet, tam in exire, quam in conservari, ita quod Deus in movendo & determinando intrinsecè voluntatem, operatur in dependentem à toto universo, quia cum nulla re totius universi habet voluntas dependentiam, & connexionem per se; ergo determinatio cause liberæ ad intra est unum ex his, quæ Patet possunt in sua potestate, quia in alterius cause create potestate non est, nisi in sua, quæ elicit actum, & Dei, qui moverat illum.

247 Verum in hoc discursu plura involuntur manifestè falsa; primò enim fallum est, quod Angeli intellectivitas ita restringatur ad entia in hoc universo existentia, ut etiam extendi nequeat ad cognitionem abstractivam alieius possibilis, unde in prima solutione Thomistæ dicebant cogitationes internas per modum actus primi, & sub ratione possibilis esse ordinis naturalis, & sub tali ratione posse ab Angelo naturaliter cognosci. Deinde non vero, quia ratione probatur ad ordinem universi spectare solum simpliciter naturalia, & que cum illis necessariam habent connexionem, non verò libera; nam sicut ad ordinem, & integritatem universi non minus spectant cause liberæ, quam naturales; imò magis; ita etiam effectus, qui ab illis dependent; quamvis enim quantum continentur in virtute indifferenti sue cause, nullum esse determinationem habent in rerum natura, & in hoc universo; tamen statim ac sunt elicti habent determinationem in suo esse, non minus, quam alii effectus naturales, & voluntas ipsa ut stat eo actu elicit, non dicitur amplius causa indeterminata, & indifferens, sed omnino ad alteram partem determinata, & quamvis quando volitio elicitur existit, tempore existat cum omnimoda dependentia à voluntate potente cessare, & non cessare à tali actu; hoc planè non obstat, quia dicatur habere in se determinatam existentiam quantum sufficit, ut possit representari per speciem; etenim non minus substantia Angeli pendet à libera voluntate Dei eam conservantem, quia actus volitionis à voluntate pendet in conservari, & retinet contin-

gentiam ad esse, & non esse, & nihilominus adhuc dicitur sp...

247 Quarto respondet ali Recentiores, secreta cordium non...

248 Hic respondendi modus concedit quequid rationes Scoti...

veniens, quod eorum cogitationes sibi invicem parerent, in...

Quinto tandem respondet Rubion 2. disp. 9. q. 4. art. 2. quod...

Factor hunc dicendum esse probabiliorum ex haecenus...

ad obiectum, qui vel est respectus attentive vel representantis...

Siquis tamen huic dicitur modum dilerere vellet, alia...

ARTICULUS TERTIUS.

Expenduntur Rationes pro parte negativa.

IN oppositum plures adducunt rationes Thomisticae pro parte...

Secundo arguit ali veteres apud Rubion, quia sicut in corp...

secundum virtutem, operatio autem transiens, ut motus loca...

Tertio Recentiores passim inde probant non posse Angelos...

Respondio in primis iuxta principia nostra ad notitiam in...

Nec iuvat dicere illis carere debuisse ad servandum domi...

Ad Confirmationem ex Albertino constat ex *1199*. 240. saltem esse minorem quod secundam partem; si ita intelligitur, ut actus voluntatis iam eliciti sint intrinsece liberi, ac indeterminati quoad essentiam, etenim sunt qualitates naturales, sicut species, & habent existentiam determinatam, sicut illa; non dici possunt liberi, nisi extrinsece, quatenus sunt producti a potentia, qua illos poterat non producere, quo pacto omnia etiam entia creata sunt libera extrinsece ab extrinseca voluntate Dei, quae poterat ea non producere.

355 Quarto, eandem rationem ex actu interiorum libertate deductam a li antiquiores apud Rubion si proponunt idem essentia Angeli cum suis potentis, & habitibus possunt naturaliter ab aliis intelligi, quia non sunt in potestate Angeli nec quantum ad fieri, nec quantum ad esse, vel conservari, licet enim sit in potestate Angeli, vel etiam nostra ponere, vel non ponere antea quod ad habitum, scilicet actum, posito tamen actu non est in nostra potestate non sequi, sed non fieri habitum; actus ipse interior est in potestate nostra totaliter, & quantum ad fieri, & quantum ad esse, & conservari; & ideo est etiam in mea potestate quantum ad operari, ne scilicet immutet intellectus alterius, nec terminet actum eius contra imperium voluntatis; quod probat primo, quia a quo aliquid continuè pendet in essendo, pendet, & in operando, sed actus huiusmodi immanentes sunt a nostra voluntate in essendo continuè dependentes, ergo & in operando, ac per consequens in movendo alium intellectum ac in terminando eius actum. Deinde quia voluntas Angeli, & nostra non minus dominium habet super se, & intellectum, ac operationem utriusque quam super potentiam executivam & eius actum, sed super istam habet absolutum dominium cum potentia executiva nullum actum habeat, nisi ad imperium voluntatis, ergo & c. ita Aureolus *diss. 9. q. 1.*

356 Respondeo saltem esse maiorem, illa enim non est ratio practica, cuius essentia Angeli cum suis potentis & habitibus sit naturaliter cognoscibilis a quoemque intellectu separato; saltem quoque esse consequentiam, non enim sequitur, quod si actus interior est in potestate voluntatis, & quantum ad fieri, & quantum ad esse, vel conservari, & quantum ad fieri etenim iam in argumento conceditur, quod tali dominio voluntatis super actum suum non obstante, non est in eius potestate, quo actus ab ipsa eliciti non producant habitum; ergo nec tales actus erunt magis in eius potestate, ut eos impedire possint, nec moveant intellectum alterius Angeli ad sui cognitionem; tum quia actus illi necessario, & non liberè speciem sui relinquunt in intellectu proprio, ergo etiam in intellectu alterius, tum denique, quia experientia compertum est omne obiectum creatum naturaliter producere speciem sui, ergo idem dicendum est de actibus voluntatis, & ratio a priori est, quia huiusmodi immutatio, quia tales actus immanentes possunt intellectum alterius immutare, causa totalis sunt ipsi actus in ratione obiecti, nec ad talem immutationem immediatè concurrunt voluntas, atque ideo neque in eius est potestate talem actionem immutativam impedire.

Falsa igitur omninò est illa consequentia, quod si actus interior est in potestate voluntatis quantum ad fieri, & conservari, sit enim in eius potestate quantum ad operari, ne scilicet immutet intellectum alterius, nec terminet actum eius; Ad primam probationem negatur maior, solum enim illud dependet ab alio in agendo, quod non potest agere sine eo, sicut omnis causa secunda dependet a prima; multa autem sunt quae dependunt in essendo ab alio, quae tamen agere possunt sine eo, sicut ipso non concurrente, sic calor in aqua existens manum calefacit, ad qua actione subiecti non concurrunt, etiam si calor ab eo dependet in essendo; Ad aliam, paritas solè in hoc tenet, quod sicut actus exterior non producit a potentia motiva, nisi voluntate imperante, & per consequens est in potestate voluntatis in ratione effectus casualis, vel non casualis imperativè, ita actus interior est in potestate voluntatis in ratione effectus casualis, vel non casualis ab ea elicivè; & sicut actus exterior non est in potestate voluntatis in ratione obiecti intelligibilis, vel sensibilis, cum postquam est in esse postus non sit in potestate voluntatis, quae imperante fuit productus, ne ab illa sentiat, ita pariter actus interior postquam semel est a voluntate elicitus, non est amplius in eius potestate in ratione obiecti intelligibilis, sed ne ab aliis intelligatur.

357 Sed adhuc instat Aureolus, non plus subest voluntati, species ipsa intelligibilis in memoria existens, quam cognitio, & volitio; sed illa non movet potentiam ad intelligendum, nisi ex imperio voluntatis; ergo nec ista producenti sui speciem in intellectu, nisi ex imperio eiusdem voluntatis. Haec instantia plus probat, quam intendat arguens, ex hoc enim, quod species intelligibilis ita subit imperio voluntatis potest inferri, nec ipsam posse naturaliter videri ab alio Angelo, sicut hac eadem ratione dicunt non posse videri actus internus, quod ta-

men de specie negant dicentes esse naturaliter cognoscibilem a quocumque intellectu separato; negatur itaque paritas, quia species non est causa totalis intellentionis, nec secum partialiter concurrunt intellectus, qui in multis actionibus subditur voluntati imperio; ad actus est causa totalis emissionis (suz species), nec indiget concursu intellectu, nec voluntatis; tum, quia quod species sub datur voluntati imperio quoad movendum intellectum, non est universaliter verum, sed tantum in secunda motione, nam in prima, sed in primo congressu species omnino naturaliter intellectu movetur; tum tandem, quia argumentum probatur etiam actus internus, si subducitur voluntatis imperio, non necessariò relinquitur sui speciem in intellectu proprio.

358 Quintò, urgent rationem D. Thomae, quia voluntas creata ita est domina suarum actionum, ut soli Deo subiaceat in ipsarum productione, & nullum aliud agens in illas influere possit, ergo etiam in cognitione, utrumque imperat ad perfectum dominium, quod super illas habet, & quod non haberet, si alio ipsonum careret, quod exemplo declarat Lzana in humanis, tunc enim aliqui censetur perfectè Dominus alio eius rei v.g. domus, vineae, & quando non solum potest facere in ipsa, & ex ipsa, quod voluerit, sed quando ea, quae in ipsa facit, potest aliis occultare, si enim ea aliis occultare non possit, non consentiret habere perfectum dominium talis rei; ergo similiter ad perfectum dominium, quod habet voluntas creata supra suos actus internos spectare debet utrumque.

Confirmatur, quia ratio practica, quae adduci solet ad probandum Deum naturaliter intuitivè videri non posse ab intellectu creato est, quia Deus est obiectum voluntarium, quod proxime videtur, si vult, & si non vult non videtur, quòdlibet obiectum ordinis liberi erit humilidius; sed cordis secretum est obiectum ordinis liberi; ergo videretur, si vult voluntas; & si non vult, non videretur. Respondeo rationem Divi Thomae satis examinatam fuisse a *num. 244.* assumptum tamen illud negarent, qui tenent obiectum simul cum voluntate partialiter concurrere ad suum actum, sicut cum intellectu concurrat ad suum, & eo tamen concedo neganda est omninò consequentia, quia ut dictum est, non est eadem ratio de subdi in productione, ac de subdi in cognitione, ut de patet; & negatur hoc secundum spectare ad perfectum dominium, quod dicitur supra actus suos habere voluntas ad probationem ex illo materiali exemplo deductam negatur assumptum, non enim quis dicitur habere in communi modo loquendi perfectus dominium suae domus, ubi quae in ipsa facit, potest aliis occultare, quam agri aperit, in quo nil clam potest facere.

359 Ad Confirmationem dico non eam esse primam rationem, sed aliam, ad quam illa reducitur, quia scilicet Deus a extrinsece contingenter agit, non autem naturaliter, vel necessariò & ex hoc sequitur, quod in ordine ad intellectum creatum est obiectum liberum, & voluntarium; at actus voluntatis licet in ratione effectus productibilis dicatur extrinsece liber, quatenus producit a causa ad utrumlibet indeterminata; tamen in ratione obiecti intelligibilis dicitur extrinsece liber, quatenus non est obiectum liberum, & voluntarium, sed naturale, illi quae naturaliter movens, & necessariò in eam suam speciem emittens.

Sextò, data nostra sententia in Angelis frustrà erit locutio, nam interna unius cogitatio poterit alteri esse manifesta absq; locutione, & rursum loquens nunquam potest mentiri, & audiens decipi, quod est falsum, consequentia patet, quia dum unus loquitur alteri de suo secreto, quod mente ruminat, audiens videt secretum illud, & consequenter non potest decipi, nec loquens mentiri. Respondet Doctor 2. *diss. 9. quæst. 2. ad princ. 2. g.* negando consequentiam, quia licet dum Angelus videret pium internum conceptum alterius, non esset ita necessaria locutio, sicut si non videret, ut ait infra; Adhuc tamen neque in eo caso esset frustrà, quoniam auditio est perfectio quaedam liberaliter communicata Angelo audiendi ab Angelo loquentis, ad hoc enim possit in futurum esse locutio in intelligentibus, ut sibi invicem liberaliter communicent conceptus suos; si autem cogitatio huius videtur ab illo, iste liberaliter non communicare dicitur alteri conceptum suum mediante tali visione, le enim habet in ista visione mere passivè, sicut non intelligens, & non volens; quod confirmat per locutionem beatorum ad Deum, cui quamvis aperta sint omnia, adhuc tamen locutio Angelorum ad eum non censetur frustrà; deinde Angelus sepe non aderit ad conceptum alterius, unde alter loquens illum excitat, & facit ut intelligat suum conceptum, unde locutio quando praevenit visionem alterius Angeli, se habet per modum excitationis, licet absolutè illa visio potest esse sine excitatione, negatur etiam a nostris alia consequentia, Angeli enim potest aliud habere in corde, hoc est, interius cogitare, & aliud in ore, id est, alterius obiecti conceptum producere in mente audiens; & tunc

ex parte sua mentitur; Angeli autem audiens si persistat in receptione intellentionis illius, & in sola conversione ad obiectum eius, & intellectum audiens, & non ad intellentionem ei inhaerentem, decipitur; quod si adverteat eam, non decipitur, sed experiet Angelum loquentem sibi mentiri; & ita Angelus loquens quantum est de se mentiri potest, ut malus Angelus, & audiens inadverteat decipi, quae omnia magis patent ex *quæst. 9. num. 1. g.* ubi exactius sunt examinanda.

360 Septimò arguit Recentes rationem esse nostram locutio sequi absque contra vitam politicam, si enim auferatur secretum cordis, quis merito non sibi dimeret ab aliis, dum eius cogitationes, & consilia sunt omnibus exposita? cum ergo intellectualis creatura ordinetur ex natura sua ad vitam politicam, naturalem etiam est, ut habeat secreta cordis, atque ideo iuxta exigentiam quilibet tale jus habere dicitur circa epistolam sigillatam, aut circa ea scripta, quae habet sub clavi, ut contra ius naturae sit ea aperire, & legere; ita idem ius natura videtur exigere, ut quilibet natura intellectualis, apud se habeat clavem, & sigillum sui secreti mentalis, quia maiora probubulo sequentur absque ad violationem huius, quam illius secreta; & hanc rationem Recentes valde exaggerant, ut mortalem demonstrationem ducentem ad absurdum.

Respondeo negando sequelam, ad probationem constat ex *dictis num. 282.* secretum cordis ex natura rei dari tantum respectu hominis, & pro hoc statu ob membrorum corporum, at respectu Angelorum, ac etiam hominum pro statu beatitudinis non dari, nisi per accidentis, & per subtractionem divini concursus in aliquo caso, quia in eo statu pro vita politica minime necessarium est cordis secretum ob rationes sibi allatas, ac etiam auctoritates Augustini, & Georgii in Moral. qui adhuc clarus loquitur super illud Iob. *Non quæbitur ei aurum, vel vitrum;* dicens, quod tunc in beatitudine resurgente unum erit perspicillibet alteri, sicut ipse sibi, cum unusquisque intellexit attendat, conscientia penetratur, sed resurgens ex unum similes Angelis Matth. 22. quibus clare significat in eo statu, nec in Angelis, nec in hominibus post beatitudinem, quod est in cordis secretum, cum unus videre possit naturaliter, quod est in conscientia alterius. Nec valet, quod respondet Zanzardus est D. Thomas *q. 57. artic. 4.* quod cogitationes cordium ob duplex impedimentum, non penetrantur ab homine, primò propter grossitatem corporis, & hoc tollitur in resurrectione; secundò propter voluntatem sua secreta eludentem, & hoc tunc non tollitur, & modo est in Angelis, & beatis, non valet, inquam; quoniam ea responso satis explorata meatus est *dictis num. 242.* & Patres citati primum solummodo impedimentum assignant, quo ablato in statu beatitudinis dicunt homines quoad hoc futuros esse similes Angelis in penetrante mutua secretorum cordis, quod valde inconsulto distinxerit, si aliud impedimentum agnovissent, nam eo ablato adhuc hoc aliud remaneret, & ideo male intelligitur ex sola ablatione primi impedimenti mutuum in beatis cordium penetrationem; Et quamvis intellectualis creatura ex natura sua ad vitam ordinatur politicam; negatur tamen vitam politicam ex natura rei petere secretum cordis, etenim ut supra dictum est *num. 248.* adhuc vita politica bene duceretur, & fortè melius, quam modo, si nullum daretur secretum cordis, ut Socrates aiebat, unde secretum cordis pertinet ad vitam politicam, prout modo instituta est pro statu naturæ lapsæ.

361 Postremò, intellectio unius obiecti in intellectu alterius visa ab intellectu alterius, intellectu eam videnti ita est ratio cognita, quod non est ratio cognoscendi, nisi illi intellectui, cui subiectivè inest, ac proximè est unus intellectus videat verb. gr. in intellectu alterius intellectioem lapidis, at tamen videre non poterit, quod illa sit intellectio lapidis; ergo est unus Angelus videat cogitationem alterius, non tamen videre poterit, in quod tendat, tanquam in obiectum, & sic videre non poterit quid actualiter cogitet; assumptum praterquam quod est Scoti *quodlibet. 1. g.* in fine, probatur quia visio cognitioem alterius non propter ea videtur obiectum, in quod illa tendit, quia visio non potest videre obiectum, nisi quando est id, quod aliud videtur, non autem quando est id quod videtur, quia sic habet rationem obiecti cogniti, vel cognoscibilis, non autem actus videndi; visio autem non habet esse id quo; nisi respectu eius intellectus, in quo est; unde si unus Angelus videat suam visionem rectam per aliam reflexam, nunquam, ut sic, videbit obiectum illius visionis, sed ad summum illud abstractivè cognoscet.

Respondeo iam *num. 250.* concessum esse hanc rationem esse caretis probatiorem ad tuendam partem quaestioem negativam; adhuc tamen absolute non convincitur, quoniam ibidem in refutatione huius modi dicitur ostensum est, quod videns intuitivè cogitationem alterius distinctè, & specificè, necessariò quoque saltem abstractivè attingit obiectum illius,

& sic aliquo modo novit cuius obiecti sit cogitatio, & quia cogitatio unde concessio antecedente, adhuc negati potest consequentia, tunc enim cogitatio illa visa sit intellectui videnti ratio cognita, & non cognoscendi, non proximè sequitur quin intellectus eam videns intuitivè percipiat etiam eam esse cognitionem talis obiecti, & rationem tendendi in tale obiectum illi intellectui, cui in heret; nihil enim oblatre videtur, quia possit cognoscere illam intellentionem cum illo ordine ad tale obiectum, scilicet lapidem, cum hoc totum sit proportionatum obiectum tali intellectui; verum est tamen, quod per illam cogitationem lapidis v.g. in alieno intellectu visam, non potest attingere lapidem intuitivè Angelus alter, quia in ordine ad intellectum istius Angeli cogitatio alterius visa, & ordo fundatus in ea ad lapidem est obiectum proximam, & immediatum, non verò lapis ipse iundè ut lapis etiam ab isto Angelo intuitivè videatur id esse debet per alium actum sibi inexistenter, & per alium attingentia respectum, & hæc est intentio Doctoris loc. cit. atque ita Angelus introspectiens conceptus internos hominis, vel alterius Angeli videtis aliquo modo quod cogitans, quia saltem abstractivè attingeret obiecta illorum conceptuum, sicut videndo in intellectu meo speciem lapidis bene percipit eam esse speciem lapidis, & non Leonis, licet ei non repræsentet lapidem, tanquam ratio sibi cognoscenda.

QUESTIO NONA De Angelica Locutione.

An unus Angelus possit alloqui, vel audire alium Angelum, & quomodo.

362 Concedunt omnes Theologi, tanquam certum ex Scriptura, & a Patribus verè unum Angelum alteri intellectionaliter loqui, quavis enim loqui, & audire primo reperitur in hominibus quod alium vocabulorum, tamen quod tem dignificatam prius reperitur in Angelis. Solet probari communitè, quia non minus proprium naturæ intellectualis est potest, cum voluerit sua secreta alteri manifestare quam cum non libuerit eadem intra se occultare, cum non minus unum, quam aliud postulet ordo perfectæ societatis, & amicitiae; cum igitur secreta cordis unius Angeli suprà naturæ occultata sint alii necessaria sunt in eis intellectualis locutio, quia mediante sibi invicem mutuo sua secreta manifestent. Negat tamen Doctor 2. *diss. 9. quæst. 2. g.* ad argumenta secundam quaestioem, locutionem in Angelis dari præcisè ob manifestationem conceptum absolute oculorum, quia non valet unus Angelus suos conceptus alteri occultare physice per actum suæ voluntatis ut constat *quæst. præced.* unde subdit ad hoc præcipue locutionem in Angelis poni, ut liberaliter sibi invicem suos communent conceptus; hæc autem liberalis communicatio adhuc in Angelis habet locum, etiam si unus ponatur videre cogitationem alterius; quatenus enim cogitatio unius videtur ab alio non ob id ille dicitur isti liberaliter suum manifestare conceptum, cum se habeat ille in hac visione sui conceptus, sicut non volens; siquidem ista cogitatio est naturaliter visibilis, naturaliter autem motivam, vel activam ad sui visionem simili modo ageret, si in intelligente, & volente non esset, ut dictum est *num. 259.* Sed reclamant Thomistae, locutionem esse quandam manifestationem proprii conceptus latentis in mente loquentis, ergo impossibile est locutionem supponere in audiente visionem illius conceptus, quo fit locutio, sicut impossibile est idem esse latens, & manifestum.

Respondeo assumptum esse verum in hominibus, in quibus datur ex natura rei secretum cordis ob membrorum corporum, & dependentiam a sensibus in intelligendo; in Angelis verò potius est liberalis internus conceptus communicatio, sive fuerit ab Angelo audiente prævisus ante auditionem, sive non ex eo, quod ad illum non attenditur ad illa distracta; verum est tamen, quod si interius conceptus Angelus loquentis non fuerit ante auditionem in loquente prævisus ab audiente, tunc locutio non tantum erit liberalis prædicti conceptus communicatio, sed etiam manifestatio tanquam agente antea ignoti, itaque locutio est proprii conceptus ab aliente intellectuali voluntate facta expressio; & auditio est perfectio liberaliter communicata audiendi. Supposito igitur dari locutionem in Angelis est uno, vel alio capite ex assignatis variis sunt modi explicandi Angelicam locutionem Theologorum tum veterum, tum recentiorum, quos examinare opus est pro huius matricæ dilucidatione.